

**Vota Ultima, Viro Nobilissimo, Consultissimo & Excellentissimo Dn. Henrico
Rahmen, Antecessori in Academia Rostochiensi Seniori Celeberrimo, Consistorii
Ducalis Assessori gravissimo, Inopinata; at beata morte extincto**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776783572>

Druck Freier  Zugang



F r a n c k, J.

in

H. R a h n e.

Rostock, 1662. *1d*

VOTA ULTIMA,
VIRO
Nobilissimo, Consultissimo & Excellentissimo
DN. HENRICO RAHNEN,
Antecessori in Academia Rostochi-
ensi Seniori Celeberrimo
Consistorii Ducalis Assessori gravissimo,
Inopinata; at beatâ morte extincto.
Dicta.
â
COLLEGIS & AMICIS.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1662.

O *Tristem casum! Senioris funera deflet
Noster amor. Sanet vulnera facta DEUS!*

condol.

Hermannus Schuckmann / D.

INDICTIVO FUNERI

Viri virtute & dignatione Nobilissimi

Antecessoris & Senioris Jctorum Amplissimi

DOMINI HENRICI RASNI

4. Non April. ad meliora festinantis & 5. id.

April. solemnî ceremoniâ conditorio palli-
dum corpus inferentis.

Sic tumulus tumulum sequitur, sic funera funus
Et tumulo Virtus incipit ipsa tegi.

Funeribus satis atra Academia Baltica sensim

Disperit, atq; suis viribus ipsa ruit.

Tu bene cortinam claudis, scenamq; peractam!

Scandis & invisam sub pede linquis humum!

O quantum est mature animos subducere terris,

Nec totum tumulo post sua fata tegi,

Cumq; dies gelidos se creverit ultima vultus

Sidera quæ nequeas corpore mente sequi!

Gratamur tibi cœlestes palmasq; decusq;

Ceu vivo, sic nunc sit tibi terra levis!

Fama solo superat, Juris legumq; sacerdos

Quam fueris, novit nescia fama mori.

Celer; honori & supremo

erga

Collegam piè defunctum quod debuit

Augustus Varenius, D.

Ad su-

AD superos abiit fato defunctus acerbo
Rabnius, & cœli gaudia victor habet.
Felix cui placide vitam exhalare caducam
Contigit, atq; rogis corpus inane dare.
Nam mala multa manent, donec nos vita manebit,
Qua brevibus spatiis usq; recisa perit.

Condol. f.

M. Lucas Bacmeisterus, S.S. Theolog.
Professor Ordinarius.



Maximus ingenio cecidit, divesque labore,
Ingenuus Senior, Numinis arbitrio!
Sidora nunc lætus contingit vertice celsa,
Et felix gaudet Concilio superum.
Parra quies RAHNIO dulcis, fortuna labores
Exagitat nostros, rædia mille ferens.

Condolentia testande
app.

M. Hermannus Becker / Phys: &
Metap. Prof.



SENECA:

Ut Phœnix non nisi quingentesimò annò nascitur:
Ita INSIGNIUM VIRORUM rarus
proventus

Hi, me CHRISTE! dies, hæc secla novissima mundi,
Quæis, sicut dixti pridem, sterilescit & alget
SANCTA FIDES, probitas, viviq; modestia vultus,
RELLIGIO, pax, alma quies, reverentia & equi.
Rari quippe BONI, vix sunt numero TOTIDEM, QUOT
Thebarum porta, vel divitis ostia Nili.
Quid tandem nobis fiet? num pondere nullò
Vel precio VIRTUS & CANDOR habebitur? anne

Fastu

*Fastu pavonum turgebit homuncio mundi
 Impunè ad seros soles? Discrimine nullò
 An contra mortis rapietur JUSTUS ad urnas?
 Non Phœnix nisi tardigrado producitur anno.
 Rarus proventus parili ratione VIRORUM
 JUSTORUM. Caro, quod carum, venit & aurò.
 O lacrumæ! resonat gemebundo nenia lessu!
 Ab! inuisus bonos! Ab! lamentabile munus!
 RAHNIUS occubuit, CONSULTUS JURIS & ACTOR!
 RAHNIUS occubuit, cui trita volumina Patrum
 Curæ semper erant, numerans in Codice leges
 Præclaras gemino, & sacri sacra fœdera pacti.
 Hei mihi! qualis erat. Pietas huic Enthea cordi,
 Integritatis Honos, simul & mens conscia recti.
 Ast Libitina furis! proh crudelissima Clotho!
 Subdere tutanto DOCTORI fata ROSARUM
 Audes? O parcas minimè parcas! fera monstra!
 Sic mors quemq; manet: Lachesis lappasq; Rosasq;
 Æquo fasce domat, nulli scit parcere fatum.
 Ergo quid ingemino? MANES captate QUIETEM,
 Et sacra flammicomis conscendite marmora cœli.
 RAHNIUS interea nullum morietur in ævum.
 Omnia quum violet tempus, BONA FAMA perannat.
 Deproperabat mœstissimus suæ ex hoc planè insperato
 obitu mortalitatis memor*

M. Blasius Grabius, Sch. Rost.
 in præsens R.



J. L.

STA. VIATOR.

EFFERTUR. ECCE. INDICTIVUM. FUNUS.
VIRI. DUM. VIVERET.

NOBILISSIMI. ET. AMPLISSIMI.

**DN. HENRICI.
RAHNI.**

ANTECESSORIS. SENIORIS. IN. VARNIACA.
CELEBERRIMI.

ET. OB. CONTINUATUM. PROPE. PER. XXX. ANNOS. MUNIS.

ILLVSTRIS.

CONSISTORII. DUCALIS. ASSESSORIS. GRAVISSIMI.

VIRI. VERE. VIRI.

ID. EST. QUOD. MIRACULUM. DICAS. BONI.

ET. VERE. ΤΕΤΡΑΓΩΝΟΥ.

QUEM. LAONES. VOCABANT.

DIVINUM.

NON. ILLI. SINON. IN. FRONTE. NEC

ULYSSES. IN. PECTORE.

IPSA. ERAT. PROBITATIS. IDEA.

CONSTANTIÆ. IMAGO.

EXACTUM. PRUDENTIÆ. EXEMPLAR.

INTOLERABILIS. NULLI

NISI

NISI QUI TOLERARI
VEL. NON. POTERAT.
VEL. NON. DEBEBAT.
MORES. EJUS. OMNIUM. AMORES.
VERBA. NULLI. DEDIT.
NEQUE. VENDIDIT.
IPSE. VERO.
ÆTERNITATIS. AMANTIOR. QUAM. SECULI.
VIVERE NUNC. DESIIT. UT. INCIPERET.
MORI. UT. DESINERET.
ET. JAM. DEMUM. CLAUSIS.
OCULIS. VIDERE. COEPIT.
QUÆ. OCLUS. NON. VIDET.
TU. VERO. VIATOR. LUG E.
NON. MORTALITATI EREPTUM.
SED. MORTALIBUS.
EGO. NUNC. IN. UNO. MULTOS. DEPLORO.
PRÆCEPTOREM. COLLEGAM. IMO. PA-
RENTEM.
ADDO. ET. HOSPITEM.
ET. SUPREMO. HONORI.
METRA. QUÆ. IPSE. DOLOR.
TRUNCAVIT.
SCRIBO.

EIIIMIKTA

Sol-

Solvitur in lacrymas tandem stupor, atq; semirofis
Prodit dolorem vocibus.

Invenere viam longo suspiria nisu,
Jam jamque profundi
Erumpent gemitus foras.
Musæ sine lege ruentes
Incédunt pede fracto,
Incomptaque confusaque verba fortuitos
Inveniunt numeros.
Nam nunc nihil me, sicut antea, juvat.

Non unda Castalis,
Non plectra nunc amica,
Pro Pimplâ mihi nunc bibetur
Lacrymosus imber humidique singultus?
Et streperos svavi pro carmine nunc tinnitus
Dissonantibus increpabo nervis.
Quid primum, quid deinde querar

Devio calore raptus?
Meus heu! meus ille jacet!
Gloria nostra jacet, noster communis amor
RAHNIUS OCCIDIT.

Fortunate Senex, quas tibi nunc scribere nœnias,
Quos tibi plangere lessus
Incipiam? quem nunc miserabilibus lamentis
Invido raptum funere lugent,

Queis

Queis amor recti pietasque cordi est.
Plorat & ipsa tuo viduata Academia nomine, tantis
Cladibus impar

RARUM DECUS.

Non lethi fatale chaos;
Nec Lethe tacitis fluctibus obruet,
Quem pietasque fidesque poli super aurea sidera
Extulit egressum mundo:

Sed esse Te non sensibus obvium
Nostris dolemus;

Quod Tui non sit capax ocellus, auris, dextera,
Mente vivis, ipsa Mens, in Mentibus
Perviusque Mentibus;

Ætheriasque potes post tergum ducere Formas,
Interque mistus cœlites.

AGNI-LEONIS maximi

Æterna carpis oscula.

DANIEL GEORGIUS
MORHOFIUS, J.D.

Prof. Publ.





*Has igitur taceo laudes: bona nunc prece
Conjuge dilecto, eheu! quoq; Patre
Sit DEUS ut Conjux; Pater œconomus
Omnibus his orbis; sint ubicunq;*

Franciscus Prætorius
& Phil

Rami Deorum semen ac jubar se
Columna Baltici nitens Athenæ
Dux disciplinæ juris, arbiter veri,
Quem Diis adæquabit perennitas, at
Virtus supremos inter abdet heroas
Tu nunc jaces haud amplius morat
Nostro Roseto, quo nitente fulserun
Soles, & ivit purior dies euro
Pacatiore, te dolemus extinctum
Spirabiliq; luce condimus cassum,
Fatum rapax! hem qui recens pare
Alius urnis, providus sui fati
Aufugit heros! O gravissimam frag
O fata sæva quæ vetatis extare
Longum quod eminens frui diu vita
Debebat; altræ veritatis & just
Æquus Sacerdos, ordinis decor do
Et masculæ sinceritatis exemplar,

Cui

